

possidebo, respondet: serva mandata, et nihilominus certum est, quod fideles quamvis pluries divina mandata transgrediantur, si tamen in se reversi poeniteant et in gratia Dei decedant, vitae aeternae possessionem adipiscuntur.

Quarto, qui sciunt legere, tenentur recitare horas canonicas et quia horae canonicae non solum sunt in officio magno sed etiam in parvo B. Virginis, sat est unum vel alterum recitare; et quod sufficiat recitatio officii parvi supradicto s. Romanae Inquisitionis, imo Paulus V. indulgentiam centum dierum concessit recitantibus non magnum sed parvum Officium Virginis, et quia potest quis unico actu pluribus obligationibus satisfacere et unico jejuniō obligationi praecepti ecclesiastici et obligationi voti, ordinatus in sacris recitando solum officium magnum satisfacere potest obligationi tum ordinis sacri tum confraternitatis.

Nescientes autem literas tenentur in diebus ab Ecclesia praeceptis jejunare et feria quarta et Sabbato, nisi in aliquo ex his diebus Nativitas D. N. occurrerit, a carnibus abstinere; non me latet nonnullos religiosos nostros pie existimare, confratres ignaros literarum loco divini Officii teneri quotidie recitare horas canonicas ad modum laicorum nostri Ordinis, videlicet pro matutinis viginti vicibus Pater noster et Ave Maria, exceptis Dominicis et solemnibus diebus, in quorum Vigiliis seu Matutinis praedictum numerum duplicare debent, septies autem easdem orationes in laudibus matutinis et in aliis horis, praeter officia vespertina, in quibus eas quindecies recitare tenentur; nihilominus in nulla Bulla quicquam constat de ista obligatione, sed solum, quod qui non noscunt literas, loco officii debent jejunare in diebus ab Ecclesia praeceptis et feria quarta ac Sabbato a carnibus abstinere.

Qua autem ratione paulo ante diximus, quod si quis Confrater aliquando peccaverit contra castitatem et postea resipuerit, adjutorio Virginis post mortem non privabitur, ita modo affirmamus, quod si quis omiserit aliquoties recitare divinum officium vel ecclesiastica jejunia non servaverit et feria quarta et Sabbato carnes comederit, si tandem postea in se reversus poenituerit et firmiter servanda servare proposuerit, praefati adjutorii compos efficitur.

Existimant etiam nonnulli ex nostris probabile esse, quod Patres confessarii quoad confratres impotentes ad jejunium, illud valeant in alia opera pia aequivalentia commutare, id enim de benignitate B. Virginis gratiam hanc concedentis pie credi potest, cum videamus, quod Romani Pontifices, quoties pro lucrando Jubilaeo aliquod jejunium imponunt, confessariis dant facultatem, ut illud valeant in alia opera pia aequivalentia commutare pro impotentibus.

Addo nec aliquibus videri improbabile, quod confratres nostri vere impotentes jejunare ob vel infirmitatem vel ob paupertatem, a qua obligantur pro victu sibi et suae familiae procurando quotidie laborare, vel ob aliquod aliud impedimentum nulla indigent dispensatione et ducuntur, quia non videtur credibile, quod B. Virg. voluerit praefatos impeditos obligare ad jejunium toto tempore vitae duraturum, quare videre probabile hujusmodi impotentibus, si ipsa alia servanda servaverint, B. Virginem suum speciale adjutorium non denegaturam, secus autem dicendum est de illis, qui possunt utique jejunare, sed ex benignitate Ecclesiae non obligantur, ut juvenes ante vigesimum primum annum.

Et hanc sententiam nonnulli docti viri nostrae religionis probabilem esse judicarunt; et tandem in transumpto

Bullae Alexandri V., de qua supra, legimus nonnulla verba, quibus a Virgine confraternitatibus scapularis jejunium in diebus ab ecclesia praeceptis injunctum fuit, quae nobis aperte favent et sunt tenoris sequentis: Habeant vitam jejunam ducere diebus, quos sancta jubet Ecclesia, nisi necessitatis causa alicui traditi essent impedimento: quare sacerdos, qui fidelibus habitum benedictum imponit et illos admittit in confraternitatem, debet vere imponentes ad jejunium admonere, quod nec jure confraternitatis ad jejunia ecclesiastica obligati sunt.

(Speculum Carmelit. Ed. Antwerp. t. I. Corresp. de Rome 1851. Ed. II. n. 63 p. 254.)

S. SCHOLASTICA.

Vd. *Lectiones de Sanctis*, decret. n. 4044.

Tempore Adventus et Quadragesimae non potest semel in hebdomada vel mense fieri officium de s. Scholastica. n. 3222 ad 1 die 10. Junii 1690.

Officium s. Schol. ex indulto ap. Ordini s. Benedicti in qualibet hebdomada fer. 3. sive alia die non impedita officio dupl. vel semid. et semel in mense sub ritu dupl., extra tamen tempus Adventus et Quadragesimae, praecedere non debet translatis sive dupl. sive semid., nec recitari potest in vigiliis ordinariis et quatuor temporibus, sed tamen in Sabb., quando fieri deberet de s. Maria in Sabb. n. 3503 ad 1—3 die 7. Febr. 1699; n. 3222 ad 1 et 2 die 10. Junii 1690; n. 3428 ad 2 die 27. Apr. 1697.

Octava S. Scholasticae (apud Benedictinos) quando de illa fiat officium, impedit preces etc. Quodsi occurrat in fer. IV. Cinerum, dicuntur preces, sed

nihil fit de octava, quae terminatur ad primas vesp. fer. IV. Cin. exclusive.

S. R. C. 23. Jun. 1736 in *Einsidl.*

Ad. dub. 1.: An Monachi Cistercienses celebrare valeant Octavam privilegiam s. Scholasticae a S. R. C. eisdem concessam, licet nunquam in eorum Calendario adnotata fuerit et ipsa recitare possint lectiones proprias jam adprobatae pro eadem Octava?

2: An iidem uti possint privilegio recitandi semel in hebdomada officium cum lectionibus propriis, juxta decretum ejusdem S. C. diei 1. Julii 1702, licet nunquam eo usi sint?

S. eadem C., referente Emmo et Rmo D. Cardinali Livizzani, exquisita sententia unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, quae typis etiam fuit evulgata, rescripsit: „In omnibus, juxta sententiam ejusdem Magistri caeremoniarum“, cujus libellum tradi Oratori pro norma mandavit; ejus autem summa haec est:

Ad 1. et 2. »Affirmative.«

Et ita declaravit et servari mandavit. N. 4471.

Die 10. Septembris 1736.

SCRIPTURA SACRA.

(Initium.)

Vd.: *Initium Scripturae.*

SCITIS ESSE DIGNUM?

Tarraconen.

Magister caeremoniarum ecclesiae Tarraconen. petit declarari: an illa interrogatio, de qua in pontificali posita in consecrationibus, videlicet »scitis esse dignum«, sit omittenda, quando quidem in romana curia omittitur in consecrationibus episcoporum?

Et s. Congregatio respondit: Ser-

vandum esse pontificale et ita fieri mandavit.

Die 21. Novembris 1626.

(Anal. J. P. 1863. p. 198.)

SCOPARIUS.

Vd.: *Sacrista; Munditia Eccles.* etc.

Paulus PP. V.

(Pro capella B. V. M. in Basilica s. Mariae Maj. Urbis.)

Unum Laicum, qui pavementum, statuas, columnas, lampades, candelabra et alia ornamenta dictae capellae et Sacristiae illarumque aedes et mansiones tergat, vertat ac desquiliat, pulverem et alias sordes auferat et ejiciat, scoparium nuncupandum, ad ejusdem Patroni nutum amovibilem, ab eodem Patrono, toties quoties opus fuerit ac eidem Patroni videbitur et placuerit, oportet deputari ac illi pro ejus salario centum scuta monetae de pecuniis propriae dotis et mensae dictae capellae, illiusque fabricae et Sacristiae, ut praefertur, assignatae, quolibet mense proportionabiliter et pro rata persolvi.

Et tam ipsi quam singulis quatuor Clericis praedictis, quolibet anno vestem talarem panni violacei de ejusdem dotis et mensae capellae pecuniis fieri mandamus.

Die 9. Movembris 1615.

(Bull. r. t. III. p. 358. Ed. Luxb.)

S. SEBASTIANUS.

1) Officium et Missa.

Vd.: *Festum* (separ.)

In civitate Manopolitano pro officio s. Sebastiani m., cujus festum, cum sit ejusdem civitatis Patronus principalis, celebratur seorsim a s. Fabiano, in 1. n. recitandas esse lectiones:

Fratr. debitores et missam: *In virtute* de comm. un. m. non p. celebrandam; et insuper officium s. *Fabiani* sub ritu tantum semid. et secundum rubricas transferendum esse. N. 3365.

Die 13. Aug. 1695.

In Ecclesia Cremensi die 20. Jan. ejusdem festi ss. Fabiani et Sebast., de quibus fiunt duo seperata officia: alterum hodie de s. Sebastiano Patrono minore sub ritu dupl. maj., alterum de s. Fabiano sub ritu semid. transfertur.

S. C. resp.: Festum s. Fabiani non esse transferendum, sed celebrandum una cum s. Sebastiano et in reliquis servandas esse rubricas. N. 3499.

Die 22. Novembris 1698.

Caval. adnot. ad hoc decr. tom. I. de separat. festor.: „Est error manifestus in decreto sic relato; nam s. Sebast. non est titulus Ecclesiae Cremensis, in qua celebratur tale officium; in eo enim casu officia separanda forent juxta disposit. clarissimas rubricarum gen. Est igitur s. Sebast. Patronus tantum minus princip. dictae Dioecesis et ideo rectissime declaravit S. R. C.: non esse separatim celebrandum festum ss. Fabiani et Sebastiani“.

In Ecclesia Cathedrali Civitatis Plebis die 20. Januarii recolitur festum s. Sebastiani Martyris magno populi concursu et fit Processio cum statua ejusdem Sancti per civitatem, cum interventu Magistratus, adstricti vota solemnizandi dictum festum ad tres dies continuos, cum Missa votiva pro re gravi et quaesitum fuit declarari: an possit dividi a s. Fabiano P. et M. celebrando officium s. Sebastiani, cum sit Patronus minus principalis, sub ritu dupl. maj. transferendo officium s. Fabiani ad primam diem non impositam sub ritu semidupl?

Et S. eadem R. C. censuit respondendum:

„Officia non esse dividenda“

Et ita declaravit. N. 3677.

Die 7. Martii 1704.

2) Oratio.

Ad dub.: An ubi fiat de s. Sebastiano Martyre non Pontifice, tamquam de principali patrono seu titulari, dicenda sit oratio: infirmitatem nostram etc., ut vult Talu num. 25, aliquam praxim sequutus, an potius alia de communi unius Martyris non Pontificis, ut vult Cavalerius tom. 1. cap. 5. decret. 2.?

S. eadem C., audito prius voto unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, typis etiam vulgato, ad relationem Emmi et Rmni D. Card. de Somalia Urbis Vicarii, dicti Congregationis Praefecti et Ponentis, rescribendum censuit:

„Negative ad primam partem, affirmative ad secundam“.

Et ita declaravit. N. 4474 ad 6.

Die 2. Maii 1801.

De ejus oratione in processione ad ejus ecclesiam, vid. *Oratio* (mutatio; decr. n. 217.)

SECRETA.

(Mutanda in Missa de comm. virg.)

Vd.: *Oratio* (mutatio decr. 4909.)

SECRETARIUS VISITATIONIS.

Vd.: *Visitatio* (Notarii etc.)

S. SECUNDUS E. C.

Abulen.

Concessa fuit olim, prout assertum fuit, civitati et dioecesi Abulensi facultas recitandi officium s. Secundi episcopi

ejusdem civitatis sub ritu duplici primae classis cum octava et cum lectionibus propriis a s. Sede apostolica die 5. Aprilis 1594 approbatis; s. Rituum Congregationi ab omnibus modo Archiepiscopis, Episcopis et ecclesiis regnorum serenissimo regi Hispaniarum subjectorum pro extensione ejusdem officii saltem sub ritu duplici et cum eisdem lectionibus ad omnia regna praedicta humiliter supplicatum fuit. Et s. eadem Rituum Congregatio, omnibus bene perpensis et mature consideratis, ad relationem Emmi Oltoboni, respondendum censuit: *Gaudeant impetratis*.

Die 24. Novembris 1696.

(Anal. J. P. 1865 p. 1364 n. 2615.)

SEDENDI MODUS ET TEMPUS.

Illud pro regula observandum erit, ut aequaliter omnes, qui *de eodem corpore* sunt, cum sedendum erit, sedeant, cum vero surgendum est, surgant. Sunt enim diversa corpora seu chori ministrantium, dum divina res solemniter celebratur. Primus siquidem chorus est assistentium et ministrantium Episcopo celebranti; alter Canonicorum in suis subselleis residentium: alter Magistratum vel nobilium laicorum; alter Beneficiorum et reliquorum clericorum. Cum igitur aliquis ex assistentibus Episcopo surgit facturus aliquid ad officium suae assistentiae pertinens, pariter et alii coassistentes et ministri circumstantes surgere debent, non tamen Episcopus, et sic stare, donec ille se deat: nec ideo tunc reliqui Canonici in choro sedentes nec alii de choro surgunt, tamquam diversi chori. Similiter aliquo ex Canonicis in choro residentibus surgente, ut aliquid faciat ad publicum et commune chori officium spectans, puta, cum intonatur

antiphona seu aliquid simile, omnes alii Canonici ac etiam Beneficiati et clerici assurgunt praeter praedictos, qui Episcopo assistunt. Inter laicos quoque uno surgente ratione officii, ut cum datur illis incensum aut pax, ceteri quoque surgunt, secus vero surgentibus aliis non sui ordinis. Si Episcopus non celebraret, sed aliquis Suffraganeus vel alius Episcopus praesente ipso Episcopo, adhuc efficeretur alius chorus ministrantium celebranti, qui eandem regulam servare debent quoad sedendum et surgendum, prout de aliis dictum est. Cum autem Episcopus surgit, singuli chori tam Canonorum et Beneficiatorum quam laicorum et Celebrantis consurgere debent.

Caer. Ep. l. I. c. XVIII. n. 7—12.

SEDES.

1) Abbatis

a) Assistantis.

Vd.: *Magistratus* (sedes); *Sedes Episcopi assist.*

Quidam Abbas seu Praelatus praetendit in *Missis sol.* Confraternitatum, quibus invitatus nec tamquam officians nec aliter quam in ordin. suo habitu interest, sibi competere sedem brachiatam seu majorem cum pulpito sive suggestu ante se velo violaceo vel purpureo et cooperto et posito in facie altaris cum pulvinaribus ejusdem coloris idque in quibusdam sacellis sitis in ipsa Cathedrali, in qua nulla capella est independens a choro et in qua actu residet Episcopus, quamvis non in ejus corporali praesentia.

S. C. resp.: Non licere omnia et singula memorata nec etiam extra Cathedrallem. N. 3128.

Die 23. Novembris 1686.

Non licet Abbati pro tempore Collegatae s. Petri terrae Laureti

Pennen. uti sede cum postergali in assistendo *concionibus* aliisque publ. functionibus in ecclesia praesente capitulo. N. 3823 ad 1.

Die 22. Mart. 1710.

b) Assistente Episcopo.

Sedem pro Episcopo locandam esse in digniore parte chori sive ecclesiae cum ornatu congruo et gradibus ac situ superiori, respectu sedis Abbatis (exempti) qui praesente Episcopo, in suis ecclesiis Monialium exemptis sedere debet vel apud Episcopum a sinistris in sede camerale absque aliquo ornatu et gradu vel in parte ecclesiae e conspectu Episcopi, in loco tamen inferiori respectu sedis Episcopi, in alia sede similiter absque ornatu cum uno tantum parvo gradu non excedente dimidium palmi. N. 530.

Die 18. Mart. 1617.

c) Celebrantis.

Cf. *Postergale*; *Usus Pontificalium*. (praecipue decr. Urbani VIII.)

Abbates ubique, quando solemniter in propriis ecclesiis celebrant, contenti esse debeant sua propria et convenienti sede, quae locata esse debeat in cornu *Evangelii* in plano Presbyterii cum duobus tantum gradibus parvis et sine ullo suppedaneo, suggestu lapideo vel ligneo ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo panno vel serico levi, sine auro coloris convenientis solemnitati, quae celebratur. N. 531.

Die 18. Mart. 1617.

Abbati s. Andreae *Congreg. Lateran.* Pontificalia celebranti juxta antiquam consuetudinem sedem cum duobus gradibus uti licere. N. 592.

Die 30. Mart. 1621.

Abbates Olivetani nullo modo teneant sedem abbatialem *fixam ac*

permanentem prope altare, ut sedes episcopalis retineri solet, sed eorum sedes retineatur in ecclesiis iis tantum diebus, quibus solemniter celebratur. N. 804.

Die 16. Mart. 1629.

Idem decretum de Abbatibus *Congregat. Camaldulens.* N. 966.

Die 21. Aug. 1632.

Contra praescripta in decretis Alex. VII. de anno 1659 edita*) Abbati ss. Salvatoris Ord. Cisterc. Clusinae retinenti in sua ecclesia cathedram fixam et permanentem cum tribus gradibus non simplici serico panno sed pretioso ornatam S. C. resp.: Serventur decreta Alexandri VII. N. 3701.

Die 10. Mart. 1708.

2) Apostolica vacans.

(Ordinationes pro temp. S. ap. vacantis.)

Vd.: *Constitutio PP. Pii IV. diei 9. Oct. 1562* in Bullar. mag. rom. tom. II. p. 97 (ed. Luxemb.) De cibo, potu etc. servientium Cardinales in conclavi existentes vd.: *Constitutio Clem. VI. diei 6. Decembris 1351*; *ibid. t. I. p. 258.*

De damnatione simoniacae electionis Pontificis Rom. cum poenarum impositione in electum eligentesque et complices vd.: *Bullam Julii PP. II. diei 14. Jan. 1505, et confirm. hujus Bullae in Concilio Lateranensi diei 16. Febr. 1513 (4).* (Bull. r. t. I. p. 466 etc.); *Constitutio Pauli IV. diei 6. Dec. 1558, ibid. pag. 886*; *Breve Leonis X. diei 61. Mart. 1516* contra offendentes Cardinalem etiam tempore Conclavis (*ibid. t. I. 565*); *Privilegia pro Conclavistis* vd. *Constitutio Clementis VIII. diei 9. Novembris 1592.* (*Ibid. t. III. p. 22.*)

*) Vd.: *Usus Pontifical.*

Decreta authentica. Tom. III.

Constitutio Pauli V. 31. Julii 1605. (*Ibid. p. 199.*); *Const. Greg. XV. diei 16. Mart. 1620.* (*Ibid. p. 418.*); *Constitut. Urbani VIII. diei 6. Aug. 1623.* (*Ibid. t. IV. p. 1.*) *Constitut. Innocent. XII. diei 15. Julii 1692.* (*Ibid. t. VII. p. 174.*) *De rebus Sede ap. vacante agendis* vd. *Constitutio Clem. XII. diei 5. Octobris 1732.* (*Ibid. t. XIV. p. 248.*); *Constitut. Pii VI. diei 3. Jan. 1797 de elig. loco et die Conclavis.* (Bull. r. Continuatio t. X. p. 51); *diei 13. Novembris 1798 de obitu Pontificis extra rom. curiam, ibid. p. 175.*

De nova Pontificis electione, si casus contigerit, ut illius obitus eveniet inter politicas perturbationes vd. *Bullam Pii VII. diei 6. Febr. 1807.* (Bull. r. Continuatio t. XIII. n. 92.)

3) Archidiaconi.

Venafrana.

Exponentibus primiceriis seu dignitatibus Cathedralis ecclesiae Venafranae, Archidiaconum ejusdem non solum jampridem antiquam Episcopi privatam sedem usurpasse sed aliam novam, recentem pariter ornavam ac sumptuosiorum vetusta altiore sibi ad instar pontificalis construxisse cum scabello seu ligneo suppedaneo ac quam plurimis amplificata ornamentis ut ex planta ostensum fuit. Et petentibus atque instantibus mandari per s. Rituum Congregationem, quacunque tolerantia et immemorabili consuetudine non obstante, amoveri, et insuper decerni et declarari, nequaquam licuisse nec de caetero licere ipsi Archidiacono dictam sedem ornatam et altiore ac digniore canonicorum retinere sed omnino indifferenti scabello cum reliquis dignitatibus et canonicis imposterum uti debere eadem s. Congregatio, auditis juribus